


## TRACTATUS

in quo quæritur, an febris pūc

ticularis, vulgo (tabardillo) & morbus suffocans,  
vulgo (garrotillo) ac variolæ) sint morbi  
contagiosi, nec ne?AVCTORE LICENCIATO AN  
tonio Diaz de Leon, in Casariana Vrbe  
Medico, & Chyrurgo.

Lege, Pende, Si Taxas, Ede:



CON LICENCIA.


Impreso en XEREZ DE LA FRONTERA,  
por Fernando Rey, Año de 1624.

STATUTE

of the  
of the  
of the

of the  
of the  
of the

of the  
of the  
of the



of the  
of the  
of the

of the  
of the  
of the

# Licentiatus Antonius Diaz

de Leon, Medicus, & Chyrurgus, ciuitatis Cesaree,  
Reuerendo admodum Patri fratri suo, Fr. Francisc  
co Lopez, tertij ordinis Seraphici Patris Francisc  
ci, olim bis á secretis dicti ordinis dignissimo sig  
gillario, multotiesque ministro, & actualiter in  
Antiquaria vrbe Reçtori, S. P. D.



*V*Mhijce diebus ad meas p[er]uen  
nerint manu tractatus quidam,  
qui de febre punctulari, vulgo  
(tabardillo) de Variolis, & de  
morbo suffocãte aserebant, tales  
affectus non esse contagiosos, vi  
sum est mihi disputationis gratia nonnulla de  
istis affectibus pertractare, sed quia vsu, & obser  
uatione communi á maioribus nostris introduc  
tum, & vnã á posteris obseruatum est (pater litte  
ris, & virtute ornatissime) vt qui aliquos labo  
res in lucem edere intendit, patronum, & Mœcena  
tem sibi eligat, sub cuius patrocínio, & tutami  
ne, ex obliuionis, atq[ue] inuidiæ morsibus liberare  
tur, atq[ue] cum in animum induxerim meum, de re  
adeò nota, & ab authoribus magnis latissime elu  
cidata, nonnulla proferre, te vnũ patronum elegi,  
nam non ego principibus refero mea dona super  
bis, sed tibi, qui patris perficis munus. Salue, vt  
pote qui virtute micas, litteris abundas, prudẽtia  
fulges,

fulges, qua sic in rebus gestis, & à te gubernatis  
usus es, vt omnes ad te atrahas, & te tanquam pa-  
trem colant, & venerentur. Accipe igitur hilari  
fröte, has qualescūq; meas lucubrationes, quas tibi  
tanquam patri, propter dicta, & propter à te in  
me collata beneficia dico. Semper enim, vt pater  
me educaſti, & vt filium protexiſti, & in honore  
tali quali collocaſti: & multa alia, quæ breuitatis  
cauſa omitto, iure optimo tibi debentur, & me, vt  
tuum tueri, & defendere ne dedigneris, quod ſicut  
ſpero præſtiteris, me ad maiora incitabis. Vale.

EST IGITUR QUÆSTIO, VTRUM  
febris punctularis, vulgo (tabardillo) vario  
la, & anginae, sint affectiones contagiosæ, con  
tagium progignētes, a sidentibus cum aegrotis.

**P**RO cuius quæstionis intelligentia, nonnulla  
sunt aduertenda. In primis agendum erit de  
contagio, quid sit, & quot modis accipiatur,  
& vt melius intelligatur, & recto ordine pos  
simus procedere à diffinitione, vt inquit Ci  
cero in. i. officiorū, lib. debemus incipere, inquiens,  
Omnis, quæ à ratione de aliqua re suscipitur insti  
tutio, debet à diffinitione proficisci, vt intelliga  
tur, quid id sit de quo disputatur, vel omnino ab  
errare est necesse. Quod docuerat noster Gal. lib. i.  
meth. cap. 3. Fieri non potest, vt illius rei specifi  
cas differentias inueniat, qui eam definitione,  
siue substantiæ ipsius oratione, ad vnguem non  
circumscripserit.

Est igitur contagium, teste Hieronymo Frac. lib. i. de  
morbis contagiosis cap. i. Quædam ab vno in aliud  
transiens infectio. vel vt alij dicunt: Est productio  
morbi similis specie facta ab vno corpore in alio.  
Nam quando aliquis (v. g.) aliquo morbo affectus,  
alium simili morbo inficit, illa productio morbi, dici  
tur contagium.

Quod contagium tripliciter communicatur, per  
contactum, per aerem, seu addistans, aut per fomitem.  
Per contactum, vt videre est in fructibus infectis suo  
contactu alios inficientibus, vt vux ad vnam, & po  
mi ad pomum. Per fomitem, vt contingit in vestibus  
in qua

Cicero. i. offi.  
lib.

Gale. lib. 1.  
meth. cap. 3

Diffinitio cō  
tagij.  
Frac. lib. 1.  
de morb. con  
tag. cap. 1.

Cōtagiū tri  
pliciter com  
municatur.  
Per contac  
tum.  
Per fomitem.

in quarum poris adest quidam vapor, seu exhalatio pestilens, quam propter eius tenuitatem non uisus, percipere nullo modo potest, quia occultè latet. Addistans quidem solet euenire cum hæc substantia, siue vapor exit, & aeri communicatur, & ita valde multiplicatur, vt procul eos quos tangit offendat & lædat, & si causa ita est valida, & potens, vt possit aeri materiã sufficientẽ præbere, taliter quod valeat, pestilẽtes vapores conseruare, & retinere, tunc pestis erit magis, aut minus vniuersalis, & contagiosa, aduertentes, quod aliquando hoc contagium morbo tribuitur, sicut cum dicimus, ptisy cum, & habentem lepram, esse contagio affectum, nonnunquam; aeri, & corporibus facile recipientibus, & conseruantibus vapores contagiosos; vt sunt vestes, lana, gossipium, & alia huiusmodi.

*Nota.*

*Tria debent concurrere ad hoc vt a liquidõ commutetur.*

Et vt melius intelligatur quomodo fiat, debemus animaduertere, quod vt aliquid communicetur, & producat, si debet fieri medio motu, vt in omnibus rebus successiuus contingit, debent tria concurrere. Primum. vt quodlibet producat, sit in actu ad producendum, & ita nisi agens naturale sit in actu, substantia, siue qualitas contagiosa, nõ potest communicari. Secundum. requiritur, vt sit subiectum, & corpus tam recipiens, quo cum analogiam habeat. Tertium. requiritur medium proportionatum, ad hanc communicationem, sicut conditio sine qua actio non sortiretur suum effectum.

*Prima particula definitionis contagij exponitur.*

His positis, quia in definitione contagij dicitur productio morbi, circa istam particulam est notandum, quod aliqui loco istius particulæ, productio, ponunt, communicatio, quod videtur nõ placere, nam si per communicationem morbi, intelligant, com-

*municatur.*

municationem ipsius dispositionis, non bene intelligunt, ipsam dispositionem morbosam transire de vno subiecto in alium, siquidem accidens non potest migrare de subiecto in subiectum. Vel si dicant dispositionem non transire, sed quod dispositio vnius corporis, producit aliam similem dispositionem in alio, mediante aliquo quod communicatur, improprie loquuntur, nam cum communicatio, proprie, dicatur motum localem vnius rei ab vno loco in alium, improprie communicatio conuenit morbo. Quod si per communicationem morbi, intelligant, communicationem alicuius substantiæ præternaturalis, qualitate producente similem morbum, falso quidem proferunt, nam contagium non datur, donec similis morbus sit productus, licet sit communicata illa substantia, quod, hoc exemplo patebit. Versetur aliquis (v. g.) apud ægrotum febre pestilente laborantē, pestilentesque vapores atrahat iste, & propter subiecti indispositionem, non corripiatur febre pestilente, in hoc casu, nullus sane mentis, dicet, hunc hominem pati contagium, etiam si sint ei communicati vapores pestilentes, eo quod similis morbus productus non est, quod si iam similis morbus fuerit productus, proculdubio contagio affici, omnes profitetur. Ergo contagium non consistit in communicatione illius præternaturalis, sed in productione morbi.

Qua tamen ratione morbus producat ab alio morbo; existente in altero subiecto, videndum est, quod quidem fieri potest tripliciter. Primò, per contactum illorum duorum subiectorum. Secundò, per aerem. Tertiò, per fomitem. Contagium per contactum fit quando ægrotum corpus, & sanum se contingunt, quod bifariam fieri potest. Primò, per alterationem

*Contagium  
per contac-  
tum quo mo-  
do fit.*

nem

nem tantum productam à corpore inficiente. Secundo, per aliquam substantiam communicatam à corpore contaminante in corpus contaminatum. Primo modo raro fit contagium, esse tamen possibile existimatur, quapropter si diu aliquis versetur apud heciticum, & cum illo decumbat, & illi adhæreat, bene poterit affici febre hecica, alteratione tantum communicata, que madmodum, & ab alia causa calefaciente excitari solet, pari ratione, febre pestilenti infectus, etiam si vapor nullus communicaretur, posset sibi contiguum inficere corpus illud alterando, siquidē pestilens qualitas vnius corporis corrumpere potest spiritus existentes in porositatibus alterius corporis, si vehemens sit, & spiritus dispositionem obtineant.

*Dupliciter per communicatam substantiam fit contagium per contactum.*

Per communicatam autem substantiam fit contagiū per contactum, adhuc dupliciter. Primo modo quia communicatur aliquis humor, quemadmodum contingit in scabie, si aliquis partes contingat scabie affectas, & in morbo etiam Gallico, quando ab vno corpore in aliud, humor Gallicus transmittitur, & pariter accidit, si quis carbunculos vlceratos, & bubones pestilentes apertos contracter. Secundo modo fit quia communicatur aliquis vapor, qui possit similem morbum introducere, qui motus magis frequēs est, in malignis, & pestilentibus febribus, nam contingit corpora, per transpirationem factam, per motum arteriarum, aliquando, & sæpius per respirationem trahunt vapores, à corpore agrotante eleuatos, qui cum maligni, & pestilentes sint, similes morbos producant.

*modus.*

*Tres conditiones in istis substantijs requiruntur.*  
1. *Conditio.*

Tres tamen in istis substantijs requiruntur conditiones communiter, vt similes morbos producant. Prima vt lentorem habeant, & tenacitatem, ad hoc



vt partibus adherere possint, & tardius resoluantur. Secunda conditio est, vt calorē intensū habeant, ad hoc, vt habeant actiuitatē, & vim introducēdi effectū, quę cōditiones necessarie requiruntur, vbi non datur maligna qualitas, quapropter, si reperiantur istę conditiones, licet maligna qualitas non detur, potest fieri cōtagiū, vt apparet in ptyfi, & ophthalmia, at vero si reperiaturn maligna qualitas, licet prima conditio requiratur, videlicet, quod substantia illa habeat lentorem, & tenacitatē, non tamen secunda requiritur, nā sine illa potest fieri contagium, quemadmodū constat in morbo Gallico, in quo quidem substantia cōmunicata, licet habeat lentorem, & tenacitatē, & simul malignā qualitatem, non tamen habet calorē, nā in probabiliori sententia, maligna qualitas morbi Gallici non disponit ad putredinem, sed potius ad generationē humoris pituitosi. Tertia conditio est, quod habeat malignam, & pestilentem qualitatem, nam propter hanc causam, antequam illę substantię vincantur, & resoluantur, possunt effectum producere.

Facit sermonis sequela, vt de alijs duobus modis contagij nonnulla dicantur. Per aerem fit contagiū, eo quod vapores maligni, & pestilentes, à corpore morbofo eleuati, & cū ambiēti aere permixti, à circumstantibusque per inspirationem, aut transpirationē attracti, illos inficiunt, qui modus cōmunications, cum non sit per contactū cum ægrotante, dicitur ad distans, qui differentiam sumit pro maiori, aut minori distantia. Interdū enim fit contagium ad proximos, interdum ad remotos, vapores enim putridi, & pestilentes, ab vna in aliam solent abire regionē, quemadmodū dixit Gal. lib. i. de diff. feb. c. 4. quod in

1. conditio.

3. conditio.

Quomodo fit  
contagium  
per aerem.

Gale. lib. i.  
de feb. ca. 4.

illa peste, quæ Athenienses intra sit forte, ex Aethiopia per continuum quædam fluxere contagia.

*Contagium  
per fomitem  
quomodo fi-  
at.*

Per fomitem autē fit contagium, per hoc quod ex corpore aegrotante eleuantur vapores, aut aliquis humor, & deinde aliqui, has res contractantes, attrahunt istos vapores, aut substantiam, & ita eodē morbo corripuntur. Corpora autem, quæ recipiunt hunc

*Quatuor cō-  
ditiones.*

*1. conditio.*

fomitē contagij, debent aliquas habere conditio- nes. Prima est, vt sufficientem habeant quantitātē, nam si corpus recipiens fomitem, minimum sit, mi- nima etiā erit fomitis quantitas, & pro illius defectu operari non poterit: vt de venenis dixit Gale. 3. symp.

*Gal. 3. symp  
23.*

*2. conditio*

23. Secunda conditio est vt corpora sint porosa, ad hoc, vt in porositate recipiant fomitem, qua de causa vestes, & omne pannorum genus, & fere omnia lignorum genera, capacia sunt fomitis. Potest etiam, & in parietibus recipi, potissimum vetustis, & foraminibus plenis, & in ipsis animalibus, & in hominibus, & in cibo, & potu ab aegrotantibus contracto, qua ratione, vitra, metalla, non esse fomitis capacia existimo. Tertia conditio est vt corpora non per-

*3. conditio*

*Gale. 1. de  
diff. feb. c. 4*

flentur, nec abluantur, sed quieta sint, & in locis suffocantibus: vt docet Gal. 1. de diff. feb. cap. 4. sic enim non dissipatur fomes, sed adhæret corporibus, qua de causa, si vestes, & panni, & domus bene abluantur, & perficientur, non possunt habere fomitem contagij.

*4. conditio*

Quarta conditio est vt prædicta corpora non habeant aliquam excedentem qualitatem, videlicet frigiditatem, aut calorem: calor enim dissipat citō fomitis substantiam, & frigiditas stinguit, destruendo dispositiones conseruantes, qua ratione neque in ingue, neque in niue, potest conseruari fomes.

*Aduertēdū  
est.*

Aduertendum tamen est, quod non solum possunt

sunt corpora recipere fomitem immediate ab ægro-  
tante, aut ab aere illum ambiente, sed etiam ab alio  
corpore habente fomitem, dūmodo hoc corpus ca-  
lescat, aut moueatur: vt (v.g.) vestis qua induitur ægro-  
tus recipit fomitem, hæc quidem potest illū fomi-  
tem cōmunicare alteri corpori, & hoc etiam alteri,  
nam non implicat quod vapor adhærens primæ vesti,  
transeat ad secundam, & ab hac etiam ad tertiam,  
sed quia à prima veste talis vapor remoueri non po-  
terit, nisi sit aliqua causa mouens: ideo prima ves-  
tis, aut debet calescere, aut motu locali moueri, vt  
possit alteri corpori cōmunicare fomitem, nam præ  
calore, attenuatus vapor in alium locum fertur, &  
per motum localem etiam ab vno loco separatus,  
in alium deducitur, & ita potest cōmunicari fo-  
mes.

Ex qua doctrina colligitur, quod homines ipsi pos-  
sunt recipere fomitem, non solum in vestibus, sed *colligitur*  
etiam intra se ipsos, & ipsis quidem non læsis, alios  
inficere, nam possunt intra se, respiratione, &  
transpiratione, attrahere pestilentes vapores, à qui-  
bus eo quod indispositi sint non offenduntur, il-  
los tamen in alia disposita corpora transmittentes,  
febre pestilente inficiunt, quemadmodum canes, &  
alia animalia ab vna domo in aliam, ferunt conta-  
gij fomitem in cute pilosa, nam præ nimio calore ta-  
lium animalium, fomitis substantia attenuata, facilius  
ad aerem cōmunicatur, quapropter hæc animalia in  
tempore pestis vitanda sunt.

Colligitur etiam fortius esse contagiū per conta-  
ctum siquidem vapores illi copiosiores, & magis *colligitur*  
feruidi sunt, deinde sequitur contagium per aerem *etiam.*  
nam adhuc retinet aer semina calentia contagi, &

omnibus debilius est contagiū per fomitem, liquidē est minus copiosum, & magis refrigeratum, quod est intelligendū dūmodo contagium per aerē ad distantia loca non fiat, nam tunc temporis, fortius erit contagiū per fomitem, nam minor in fomite fiet alteratio, quam in longo itinere per aerem.

*secūda pars  
diff. exponitur.*

Dicitur deinde in definitione contagij, similis specie, nā ad rationē contagij non sufficit, quod ab vno corpore producat in alio aliquis morbus, sed requiritur quod sit eiusdem speciei, debet enim ophthalmicus producere ophthalmiā, & ptisycus, ptisym, & peste affectus, pestē, quapropter si febre correptus pestilente, producit in alio aliquam febrem, quæ non sit pestilens, non erit proprie contagium, & hac de causa, fascinatio non fit per contagium, nam licet à corpore fascinante, transmittātur vapores venenosi, in corpus fascinatū, à quibus fascinatio fit, non tamen dicitur contagium, quia in fascināte corpore non est similis morbus, ac in fascinato producit.

*Tertia pars  
diff. exponitur.*

Dicitur etiam in definitione, facta ab vno corpore, nam illa productio morbi similis specie, debet fieri ab vno corpore, aut per alterationem, aut per transmissionem alicuius substantiæ, siue per contactum, siue per aerem, siue per fomitem, quæ in aliud corpus delata, similē morbum producit, ea tamen debet esse conditio in corpore transmittente contagij semina, vt feruidum sit, & calidum, quo vapores eleuari possint, nā si frigidum existat, vapores non eleuātur, quæ ratione, magis sunt cōtagiosa, corpora peste correpta, adhuc viuentia, quam si mortua iam sint, præcipue iā refrigerata, & antequam de nouo putrescant, nam ab illis plurimi eleuātur pestilentes vapores, ab ijs vero præcaloris defectu, pauci.

Dicitur

Dicitur tandem in definitione in alio corpore, si quidem productio morbi, debet fieri in diuerso corpore, à corpore cōmunicante, debet tamen reperiri dispositio in corpore morbum recipiente, siquidē nulla causarum sine passientis aptitudine, suam actionem introducere potest: ex Gale. lib. 1. de diff. feb. capit. 4. quælibet enim pestilens & maligna qualitas, peculiarem petit dispositionem ad effectum introducendū, hinc est, quod reperiatur pestis, quæ inuadit tantum quoddam genus animalium, & altera, alterum, & alia hominēs tantum, sine eo, quod alia animalia corripiat, hoc enim, ex eo prouenit, quod pestilens qualitas, habeat conuenientiam, cum hac, vel illa mixtione, ita ut illam, facile in suam mixtionem transmutare possit, quapropter interdum reperitur pestis in brutis animalibus, quæ homines non inficit, & inter ipsa animalia, non omnia, sed aliquam eorum speciem, corripere solet. Interdum vero datur pestis in hominibus, quæ reliqua animalia non inficit, immo, & inter ipsos homines. Interdum pestis corripit iuvenes tantum. Interdum fæminas, eo quod eorum indiuidualis mixtio facilius transmutari potest in mixtionem pestilentis substantiæ conuenientem, quapropter, & inter cognatos faciliore est infectio, eo quod in diuiduali modo mixtionis, conuenire soleāt, & ita visæ iam sunt integræ familiæ: extinctæ. Vnde cum datur pestis, quæ omnium ætatum, & omnes sexus, homines, & bruta etiam animalia corripiat, maxima, & furibunda est pestis, tanta enim est illius in agendo potestas, ut hæc disposita, & familiaria, & minus etiam disposita vincat, & in se transmutet.

His de contagio sic positis & statutis quod ab omnibus

4. Pars diff.  
exponitur.

Gale. lib. 1.  
de diff. feb.  
cap. 4.

nibus neothericis est receptū, & à meis Magistris elucidiffime pertractatum, primæ parti nostræ quæstionis respondetur, hac conclusione.

*Conclusio.* Febris puncticularis, vulgo (tabardillo) est maligna, & contagiosa, contagium progignens, assidentibus cum ægrotis.

*Gal. lib. 2.  
meth. cap. 2.*

Hæc conclusio probatur autoritate & ratione, si prius nonnulla de febre maligna dixerim. Febris maligna nomen accepit à symptomate, nam docente Gal. lib. 2. meth. cap. 2. Morbi sumunt denominationē vel à symptomate, vel à parte læsa, vel ab ipsomet morbo, quapropter duplici nominum sorte, febris maligna appellatur; nam à causa putata symptomatū, quæ in hac febre reperiuntur, appellatur febris maligna. A symptomate autem in qualitate mutata, seu in affectu, appellatur febris puncticularis, pulicaris cum exanthematibus, & peticulis, nā cum in hac febre maculæ quædā incute appareant similes puli cum morsibus febris pulicaris dicitur, & cum istæ maculæ, ex anthemata, puncticulæ, & peticulæ nominentur, ideo ista febris dicitur puncticularis, & cū ex anthematibus, & peticulis, immo, & quod nomen Hispanè habet; ab hoc symptomate desumptū fuit, nominatur enim nostra lingua (tabardillo) eo quod puncticulæ apparentes in hac febre, similes sint morsibus cuiusdam prægrandis muscarum generis, quæ dicuntur, tauanos.

*Quomodo  
hæc febris ab  
antiquis  
fuit cognita  
Hip. li. 7. e-  
pid. text. 19.  
& 42. &  
text. 39.*

An vero huiusmodi febris ab antiquis fuerit cognita: constat ex Hip. lib. 7. epid. text. 19. & 42. vbi in historia Peretelæ dicit: *Octava die apparebant veluti culicum morsibus, &c.* & in text. 39. in historia Fullonis: *Qui parentide laborabat, inquit, & erat*

*erat corpus eius quasi compunctum à mor-  
 sibus culicum, & ræpid. sex. 2. text. 38. inquit, Papu-  
 læ apparebant, quæ statim euanescebant. & lib. 3.  
 de morbis vulgaribus, com. 3. text. 51. quibus in locis  
 Hip. hanc febrem malignam cum ex anthematibus de-  
 pinxit. quam etiã doctrinã cognouit Gale. lib. 3. de præ-  
 sagt. ex pulsibus, cap. 4. §. Sciendum tamen. ubi asse-  
 rit, febres pestilentes reperire, non grassante pestilente  
 lue, & 5. meth. cap. 12. §. cæterum, qui ex pestilen-  
 tia, hoc vitio laborarunt. Quam etiam cognouit  
 Aëtius lib. 1. cap. 129. dum iacquit, In principijs fe-  
 brium non simplicium circa totum corpus exo-  
 riuntur viuices similes morsibus culicum. Quod  
 clarius sentit Actuarius lib. 1. cap. 23. dum ait, Multa,  
 variaque ex anthematum, & papularum genera  
 incute florescunt siquidem in alijs sunt, sicut si à  
 culicibus essent morfi, aut ab Vrticibus vulnera-  
 ti, maculæ circa cutem exoriuntur, nonnullis ru-  
 bræ, & purpuræ, nōnullis nigræ eueniunt, qua-  
 les quotidie ex culicum, simicumque morsibus ap-  
 parent. Cæterum ex rubentibus deteriores sunt  
 purpuræ, omnium pessimè nigræ.*

*Pro cuius maiori elucidatione, quid sit febris ma-  
 ligna à nobis indagandum est. Est igitur febris  
 maligna: (ita docete Ludouico Mercato, Philippi II.  
 regis potentissimi à cubiculo medico, in suo libro de  
 essentia, causis, signis & curatione febris malignæ in  
 qua maculæ rubentes similes morsibus pulicum per  
 cutem exumpunt. tractu 1. initio) febris continua,  
 popularis,*

*Et ræpide.  
 sex. 2. text.  
 38.  
 Et lib. 3. de  
 morb. vulg.  
 com. 3. text.  
 51.  
 Gal. li. 3. de  
 præ sag. ex  
 pul. cap. 4.  
 §. sciendum  
 tamen.  
 Et 5. meth.  
 cap. 12. §. cæ-  
 terum qui ex  
 pestilentia  
 hac labora-  
 runt.  
 Aëtius lib.  
 1. cap. 129.  
 Actuarius  
 lib. 1. c. 23.*

*Mercat. lib.  
 de essentia  
 causis, & c.  
 tract. 1.  
 Desentio fe-  
 bris malig-  
 na.*

popularis, maligna, & contagiosa, quae diuersis, & saepe contrarijs accidentibus insignitur.

Hiero. Fra-  
li. 2 de mor.  
contag. 6. 6.

In qua animaduertenda est illa particula, contagiosa, quam desumpsit ex Hieronymo Fracast. lib. 2. de morbis contagiosis, cap. 6. dicente: Sunt & aliae febres, quae mediae quodam modo sunt inter verè pestilentes, & non pestilentes, quoniam ab ijs multi quidem pereunt, multi etiam euadunt; contagiosae autem sunt, & idcirco naturam pestilentum sapiunt, appellari autem solent malignae magis quam pestilentes. Quam etiam diffinitionem confirmat doctissi-

Forest. lib. 6  
de feb. obser-  
natione. 35.  
Amatus Lu-  
sitanus cen-  
turia. 3. cu-  
rat. 23. in  
scholio.

mus Forestus li. 6. de feb, obseruatione 35. in scholio, cū in hac prorumpit verba: Contagiosa est igitur haec febris, &c. & Amatus Lusitanus centuria 3. curat. 23. in scolio sic inquit, Ceterum tractandi sunt huiusmodi febribus laborantes, sicut malignis, & pestilentibus affecti.

Malignitas  
haec in quo  
consistat.

Sed in quo huiusmodi malignitas consistat, & unde proueniat, hoc opus, hic labor est. Circa quod varij, varia dixerunt; alij sordidam putredinem; alij proprietatem occultam; alij à tota substantia prouenire; alij egregiam, granem, & exquisitam putredinem appellant; alij dicunt consistere in peculiari quodam modo putredinis. Consistit ergo huiusmodi malignitas, in qualitate, modum, mixtionis sequentem, eo modo, quo in medicamentis purgantibus videmus, quod non qualitate sensibili, nimirum caliditate, siccitate, frigiditate, & humiditate, sed tantum qualitate occulta, non enim attrahunt, & suum effectum sortiuntur, quia frigida, nec quia calida, sed quia talia, quod tale, eo quod



so quod sensus later, occultum dicitur; itaque cum  
 maligna qualitas, nulli sit ex sensibus manifesta, sed  
 tantum ratione assequatur, cognitis effectibus, qui ab  
 alia causa provenire non possunt, dicendum est, qua-  
 litatem malignam, esse qualitatem, seu proprietatem  
 occultam, & quia huiusmodi qualitas, nostram subst-  
 antiam corrumpit, & depopularur, ideo dicitur qua-  
 litas occulta nostram substantiam corruptivam, quæ  
 definitio, cum omni veneficæ qualitati cõueniat (ve-  
 nenorum enim qualitates, quæ à proprietate interi-  
 munt, sunt proprietates occultæ, nostrã substantiam  
 corrumpentes.) Ideo videtur illam definitionem esse  
 diminutam, aliquidque insuper addendum est, quo  
 hæc maligna qualitas ab alijs desideat, quapropter, no-  
 stræ diffinitioni addemus modum quo hæc qualitas  
 corrumpit, vt exacta maneat diffinitio in hunc modũ.

*de h. deat*

*Maligna qualitas est proprietas occulta, nostræ  
 substantiæ corruptivæ mediante peculiari quodam  
 modo putredinis. Vbi aduertendum est per istum  
 modum corrupendi, disidere hæc qualitatem à ve-  
 nenorum qualitatibus, immo & inter ipsas malignas,  
 & pestilentes qualitates, in hoc differentiã inuenitur,  
 nam licet omnes putredine interimant (loquor de  
 illis quæ febrem inducunt.) Suustamen putredinis  
 modus, gradus, & differentiã, unicuique conuenit, iux-  
 ta quem ab alijs distinguitur, quo fit, vt licet omnes  
 pestilentes, & malignæ qualitates, quæ febrem indu-  
 cunt, putredine mediante corrumpant, necessarium  
 non est quod omnes eiusdem sint speciei, immo po-  
 tius, quam plures specie differant, diuersos putredinis  
 modus inducentes, ad quos diuersæ etiam mixtorum  
 formæ consequuntur, quod ita verum est, vt sæpe cõ-  
 tingat.*

*Definitio  
 maligna  
 qualitatis.*

C

tingat pestilentem qualitatem, in aliqua constitutione pestilenti repertam, diuersè esse naturæ ab alijs, quæ in alijs constitutionibus reperiuntur, & hinc prouenit, quod alexipharmaca, quæ profuerunt in quadam peste, non prosunt in alia, eo quod diuersum sit contrarium, diuersaque pestilens qualitas, cum qua alexipharmacum certare debet.

*Nota.*

Et ut euidentius hoc appareat, non aliter se habet exhalatio maligna in inficiendis corporibus, quàm medicamenta, scilicet in trahendis humoribus (quantum admodum operandi attinet.) Nam medicamentum (v. g.) cholagogum quale est Rhabarbarum, ideo purgat bilem, quia in ipso hæc tria inueniuntur. Facultas trahendi immediate orta à sua forma substantiali constituyente ipsum in esse Rhabarbari. Calor ut instrumentum immediatum, attingens tractionem, & talis mixtionis suorum elementorum modus, quare compositum Rhabarbarum, est id quod trahit in virtute suæ formæ, actiones enim sunt suppositorum, & non formarum. Trahit tamen media sua facultate attractrice, non tamen immediate, sed medio calore, qui est vltimum, & mediatum exercens, hoc trahendi opus. Attamen determinans tractionem facultatis, atque caloris ab hoc, ut Rhabarbarum trahat bilem, & non alium humorem, est modus mixtionis elementorum Rhabarbari, similis modo mixtionis elementorum bilis. Similiter se habet actio exhalationis malignæ, in inficiendo hunc, vel illum humorem, nam mixturam illud, scilicet exhalatio maligna nobis communicata, contrariatur in virtute diuina malignæ qualitatis: à tota substantia nobis offensiva, siuæ. Attamen modus mixtionis suorum elementorum in quantum similis est modo mixtionis elementorum (v. g.) bilis, determinat actionem mixturæ maligni,

ligni, ad hoc, vt non tangat, neque inficiat. nifi bilem  
 folam, cuius etiam ratione multa sunt venena ali-  
 cui determinata parti, quæ quamuis alias eiusdem  
 corporis partes attingat, eas tamen intactas relin-  
 quunt, propter defectum similitudinis sui modi mix-  
 tionis, cum modo mixtionis illarum, vt late apud va-  
 rios scriptores patet, & quia huiusmodi mixtum ma-  
 lignum, est æthereogenum in diuersis suis partibus, va-  
 rios habebit modos mixtionis suorum elementorum,  
 quorum ratione ipsum idem in specie, atque numero  
 existens, subiecta diuersæ naturæ inficere potest, sicut  
 etiam appositissime in prædictis chatarticis videre li-  
 cêt, nam, vt alios multos omittant Ioannes Mesue  
 testimonio Rhabarbarum solutione trahit choleram,  
 & phlegma, polypodium choleram nigram, & phlegma  
 grossum, qua ratione, & eadem constitutio, diuersa  
 respicit subiecta.

Hæc igitur maligna qualitas multipliciter dicitur,  
 quemadmodum morbus malignus, seu cachoetes,  
 nam. Primo igitur, ille dicitur morbus malignus,  
 qui omnibus diligenter administratis, nihilo mitior  
 fit: in quo sensu fuit locutus Gal. li. 1. de morbis vulga-  
 ribus: com. 3. tex. 1. & secundum hanc acceptio-  
 nem febres graues quæ remedijs non cedunt, malignæ appellatur.  
 Secundo accipitur morbus malignus pro eo qui peri-  
 culum minatur, spem tamen salutis non adimit, quemad-  
 modum accepit Gal. li. 1. prophetarum. 14. secundum quæ  
 sensum omnes illæ febres appellantur malignæ, quæ  
 periculosa sunt, quemadmodum omnes tertiana perni-  
 tiosa. Tertio modo sumitur morbus malignus pro eo  
 qui difficilem habet curationem, in quo sensu, locu-  
 tus fuit Galenus lib. 4. meth. capite 4. & in isto signi-  
 ficato, omnes febres curatae difficultatis, appellantur  
 malignæ. Quarto, & ultimo modo, nominatur

*Maligna  
 qualitas  
 multiplici-  
 ter sumitur.  
 Primo sumi-  
 tur.  
 Gale. lib. 1.  
 de morb. vul-  
 gar. com. 3.  
 text. 1.  
 Secundo ac-  
 cipitur.  
 Gale. lib. 1.  
 prophet. 14.  
 Tertio mo-  
 do sumitur.  
 Gale. lib. 4.  
 meth. 4.  
 Quarto mo-  
 do sumitur.*

ille morbus malignus, qui secum habet adiunctam ma-  
 lignam qualitatem, secundum quam rationem, hos-  
 tra accipitur febris maligna, de qua in presenti agi-  
 mus, quam mali moris etiam appellant, per morem  
 morbi intelligentes illius conditionem includentem  
 benignitatem, & malignitatem, ita ut, conditio, seu  
 mos morbi, aut sit benignus, aut malignus, ille appel-  
 latur bonus mos, hic vero malus: constat hoc ex doc-  
 trina Galeni lib. 3. de crisiibus. capit. 3. & 4. ubi mos  
 morbi à magnitudine illius distinguit Galenus. Voca-  
 tur autem febris maligna mali moris, nam sicut male  
 morigerati homines, plurimum nocent, insidias infe-  
 runt, & illis fidendum non est, ita febris maligna plu-  
 rimum nocet, ac si insidias inferret, simulatè & inopi-  
 natè interficit, ideoque illi fidere nunquam oportet.

*Malus  
 mos quid sit*

*Gale. lib. 3.  
 de crisi. ca.  
 3. & 4.*

*Praua qua-  
 litas, seu su-  
 ma putredo  
 quid.  
 Ludov. Mer.  
 lib. de essen-  
 tia signis, et  
 curatione fe-  
 bris malig-  
 nae tract. 1.*

*Conclusio re-  
 manet au-  
 thoritati-  
 bus prolata.  
 Conclusio pro-  
 batur ratio-  
 nibus.  
 Primum ar-  
 gumentum*

Hanc igitur pravam qualitatem, seu summam pu-  
 tredinem, explicuit doctissimus Ludovicus Mercatus  
 libro suo de essentia, signis, & curatione febris ma-  
 lignae, supra citato. Per fordidam putredinem, non  
 quia sit vlcus, sed sumpta methaphora, & merito qui-  
 dem, nam sicut ex adhæsu (v. g.) luti, pulueris, vel cuius  
 cumque extranei conspurcantis rei, cui adhæret, eua-  
 dit natura impura foedata, atque fordida, ita similiter,  
 putrida res, cui, qualitas superuenit maligna, merito  
 etiam fordida appellanda est.

Nostra conclusio remanet auctoritatibus satis pro-  
 bata, nam stultum est nõ fateri, per quos profecimus,  
 & quod suum est, vnicuique tribuere.

Deinde rationibus probatur nostra conclusio, qua-  
 ne longus videar, dum brevis esse laboro, in responsio-  
 ne ad contraria argumenta patebit.

Ad primum igitur argumentum desumptam ex  
 Aristotele

Aristotele primo lib. problem. problem. 7. afferente.  
Pestem solam contagium habere, sed febris puncticularis non est pestis, nisi febris putrida de genere ardentium: ergo non est contagiosa, que madmodum nec febris ardens.

Respondetur quod (vt supra pictum est) febres malignæ non sunt verè pestilentes, sed mediæ inter verè pestilentes, & non pestilentes, & quod in tēpore Aristotelis potuerunt delitescere: & postea pro nostro malo ad eò frequentes, & cōmunes sunt in aliquibus regionibus, vt Aristoteles, non solas pestilentes febres, sed etiam nostras puncticulares, vere contagiosas vocaret, nam febres puncticulares quod sciamus conspiciuè apparuerunt anno 1505 & anno 1528 & in Italia potissimum, ceterisque regionibus fuerunt familiares, vt Cipro, & insulis vicinis: vt docet Fracastorius lib. 2. de morbis contagiosis cap. 6 & apud nos multo tempore delituit hoc morbi genus, & post bellū Græcā natense inter Sarracenos, & nos Sarracenis pro nostro malo disseminatis in nostras regiones, hac contagione, nos infecerunt, potissimum eam regionem, & domos depascebat hoc malum, quæ cum ipsis maiorem cōmunicationem optinebāt: id enim contingit quod dixit quidam poeta.

*Quo prior quisque est, seruitq; fidelius egro,  
In partem lethi citius ille venit.*

Et Iuuenalis satira secunda.

*Cretice pelluces: dedit hanc contagio labem,  
Et dabit in plures: sicut grex totus in agris  
Vnius scabie cadit: & porrigine porci,  
Vnaq; conspecta liuorem ducit ab vna.*

Respondet: &  
ad primum  
argumentū.

Quomodo fe-  
bres puncti-  
culares ap-  
paruerunt.  
Anno 1505  
& 1528.

Fracast. lib.  
2. de morb.  
contag. c. 6:

Cum enim communis fuit tractatio inter hos, & nos, & cōmunis victus, & vestes, & cooperativa ab ipsis potissimum emerentur, cum porola hæc sint, magis aseruarunt malignitatis reliquias: vt merito possimus ab Ouidio reprehendi (in lib. 3. de Ponto. elegia. 2. ad Cottam in principio) dicente.

Ouid. lib. 3.  
de ponto, ele-  
gia. 2. ad  
Cottam in  
principio.

*Quis non è timidis ægri contagia vitat,  
Vicinum metuens ne trahat inde malum?*

Hæc ergo febris maligna est, sed non additans, vt vere pestilentes, sed solum per contractationem, quæ cum ægris habetur, quæ febris refertur ad putridas, sub quibus omnes pestilentes continentur distincte, vario putredinis modo.

Ad confir-  
mationē ex  
Pereda lib.  
2. de feb. ar-  
dent. c. 2.  
respondetur.  
Probatur. 1.  
ratione.

Ad confirmationē quæ adducitur ex Pereda lib. 2. cap. 2. de febre ardenti in scholio ad finē. Respondetur quod vt constat ex supradictis extant grauilissimi authorores talem febrem concedentes, nam in febre maligna, & pestilente cū sordida fiat putredo in humoribus, vapores ab illis eleuati viscosi sunt & lenti, si mulque & calidi, habentes malignam & pestilentem qualitatem, & ideo huiusmodi febres contagiosæ sunt, vt dictum est.

Nota.

Defectu harum conditionum febres reliquæ putridæ, non sunt contagiosæ, nam si vapores sunt lenti & viscosi, quemadmodum accidit in pituitosis febribus, non sunt tamen valde calidi, nec malignitatem habent. Si autem fuerint valde calidi quemadmodum in febribus ardentibus, non sunt tamen viscosi, atque ideo huiusmodi febres, contagiosæ non sunt, & propter eandem rationem accidit, quod si quis venenum assumpsit, & a veneno actuato eleuentur vapores, & alteri cōmunicentur, quod non fiat contagium, nam deficit vaporibus, lentor, & visciditas, præ cuius defectu

ma  
th  
bu  
ci  
b

fectu citius resolvuntur, & celerius ab vna in alia partem feruntur, quam possint effectum producere: ex quo patet solutio ad Gal. 3. symp. medic. fac. c. 23.

Et præterea probatur ratione, nam tali febre competunt omnia requisita ad febrem malignam, ergo est febris maligna. Probatur antecedens, quia tali febre adest putredo nimia, maligna, & contagiosa, & hoc absque contagione aeris, sed à prava, & nimia putredine, vt docet Gal. 2. de alimen. facul. cap. de cucumeribus. Præterea illa est febris maligna, & contagiosa, cui accidentia maligna superueniunt, talia reperiuntur in huiusmodi febre, ergo est febris maligna. Probatur minor ex Hip. 1. prorrheticorū. 52. vbi ponit accidentia maligna scilicet, vigilia, somnolentia, deliria, inquietudines, sed hæc omnia reperiuntur in huiusmodi febre, ergo est maligna, & contagiosa: & hoc non solum debet intelligi de vere pestilentibus, sed de nostris febribus malignis: in quibus, & nimia putredo est causa huiusmodi contagij: vt docet Gal. 3. epidemiae. parte. 3. textu. 50. vbi dicit: *Malignitatem humorū nihil aliud fuisse, quam ingentem putredinem.* & 6. epidemiae. parte. 1. text. 29. dicebat, *Febres pestilentes, ab alijs febribus putridis differre propter excellentiam putredinis.* Quod debet intelligi de nostra febre maligna, & non de vere pestilenti: vt videre est apud ipsum Gale. 1. de diff. feb. cap. 4. vbi loquitur de febribus quæ non sunt vere pestilentibus, vt ipse semet fatetur. 3. de præsagat. ex pulsibus. cap. 4. supra citato: animadvertentes, huiusmodi accidentia provenire à calore modificato tali modo putredinis vt instrumentum (mediate) quia calor causat delirium, eo quod cerebrum calida intèperie, sic modificata, mutat, non effectiue, vt instrumentum calor producit tale delirium

Gal. 3. sym.  
c. 23.

Probatur. 3  
ratione.

Gale. 2. de  
alim. fac. c.  
de cucum.

Hip. 1. pro  
rhet. 52.

Gal. 3. epid.  
part. 3. tex.  
50.

Gal. 6. epid.  
part. 1. tex.  
29.

Galen. 1. de  
diff. feb. c. 4.  
Galen. 3. de  
præsagat. ex  
pulsib. c. 4.

lirium; quia ex consensu omnium philosophorum, actiones animæ sensitivæ, non fiunt à primis qualitatibus vt instrumentis, sed dispositivè in genere causæ materialis, vnde calor excedens; sua prava qualitate instrumentum disponens, est causa delirij, & aliorum symptomatum.

*Colligitur.*

Ex quo colligitur tota vis, & fere tota essentia, nostræ febris malignæ, consistere in illa graui, maligna, & nimia putredine, quam doctissimus Mercado vocat sordidam, non ad libitum, vt docet Pereda, sed methaphoricè, vt supra explicatū est. Et ita eueniunt mortes subitanæ, ob putredinem nimiam, ita dicente Baptistâ Montano in concilio 39.

*Baptista Mō  
tannus concilii  
lib. 39.*

**RATIO**  
*propter quā  
hæc febris  
est contagiosa.*

Itaque ratio propter quam, hæc febris maligna, & pestilens, sunt contagiosæ; in promptu est. Nam ex corporibus egrotantibus, propter intensum calorem, eleuantur vapores, qui habent omnes conditiones requisitas ad contagium, nam propter sordidam putredinem, sunt visceri, & lenti, sunt etiam calidi, & denique habent malignam, & pestilentem qualitatem, & ita in alia corpora transmissi, eundem producant effectum, & cum istæ conditiones, in superiori gradu reperiantur in vaporibus pestilentibus, ideo pestis multo magis est contagiosa, quam maligna febris, atque ideo maligna febris potius, & in plurimum est contagiosa per contactum, rarius tamen per alios contagij modos. Itaque differentia inter verè pestilentem, & nostram febrem malignam, hæc est, quod ad febrem malignam, requiritur quod sit putredo, grauis, nimia, maligna, & interna, at vero, ad verè pestilentem id requiritur, vt fiat ab aere, & à causa externa, quod si in vera pestilenti, adest interna putredo, ergo coincidit cum febre maligna, id quidem verum est, sed magis noperere

*Differentia  
inter verè  
pestilentem  
& nostram  
febrem ma-  
lignam, hæc  
est.*



proprie differt, quod in vera peste aer est principalis  
 causa ipsius febris, & dispositio corporis est secunda-  
 ria. In maligna vero principalis causa est putredo in-  
 terna, non putredo aeris, quia si aer concurrit ad effi-  
 ciendam hanc febrem, concurrit tanquam res non  
 naturalis, & tanquam causa quaedam communis, om-  
 nium morborum, non autem tanquam causa propria  
 febris pestilentis.

Et quia hæc excedens putredo est veluti venenū  
 quoddā, siue vt dicit Gal. 2. de natura humana. text. 4.  
 proprietates quædam substantiæ, hinc fit ratio, huius  
 gradus, siue proprietatis, siue veneni, vt indicetur, pug-  
 nandum esse cum medicamentis quæ a proprietate  
 iuuent, ad id vt in curatione pestiferarum, & maligna-  
 rum febrium quas tractamus sit necesse oculos ad om-  
 nes hos scopos dirigere, nempe vt refrigeretur, vt de-  
 tergatur, incidatur, aperiatur, exsiccetur, & medica-  
 mentis alexipharmacis certetur. Aduersus Peredam  
 contrarium opinantem, vt doctissime docet Hierony-  
 mus Mercurialis lib. 5. de feb. Quod etiam experientia  
 patet, præcipue in nostra regione: in qua cum sit cali-  
 dior, pori sunt apertiore, & facilius, praua, & malig-  
 na qualitas resoluitur, atque ob id, ex tali febre plures  
 euadunt, vt putat doctissimus Pereda.

Secundum argumentum tale est vapor eleuatus à  
 corpore agrosante, non est potens causare contagiū  
 in corpore sano, ergo nõ datur febris cõtagiõsa, proba-  
 tur antecedens, quia calor pativus sanorũ resistit, & ta-  
 les vapores dissipat, ergo nõ poterit causari contagiū.

Hoc argumentū expostulat vt conditiones ad ac-  
 tionem requisitas à me in expositione contagi per  
 fomitem adducas, item ad hanc, quas breuitatis cau-  
 sa omitto, solum animaduertendo, requiri debitā quan-  
 titatē.

Galen. 2. de  
 de nat. hu-  
 mana. text.  
 4.

Hiero. Mer-  
 curialis. lib.  
 5. de feb.

secundū ar-  
 gumentum.

Galen. 1. de  
diff. feb. c. 4

nitatem, pro cuius defensione scintilla ignis, cum tamen  
sit ignis non vrit, requiritur etiam dispositio in falsis  
ti, vt docet Gal. 1. de diff. feb. cap. 4. Ex quibus & supra  
allatis patet solutio, ad dictum argumentum.

## I SECVNDA PARS NOSTRÆ

quæstionis petit, vt videamus an variolæ  
sint contagiosæ.

Variolæ sūt  
contagiosæ,  
vt asserit  
Hic. Mercur.  
lib. 1. de mor-  
bis puerorū,  
c. 2. §. ad sep-  
timum.

PRO cuius elucidatione videndum erat quid sit  
variola, vnde nomen acceperit, quomodo ab au-  
thoribus describatur, cæterum, quia authores magni  
hoc totum negotium tradidere, & alij libros integros  
conferunt, quos, lectores relegāt, quia solū intēdo-  
tractare an sint cōtagiosæ, nec ne? Quod vero sint cō-  
tagiosæ apertissime constat ex Hiernonymo Mercuria-  
li. lib. 1. de morbis puerorū. c. 2. §. ad septimum, vbi in  
hunc modum prorumpit: Nunc illud tantum di-  
cam morbillas, & variolas contagiosos esse, prop-  
ter duo potissimum. Vnum est, quia hoc malum fit  
ex feruente sanguine d quo longe, lateq; mittuntur  
vapores, qui aliorum corpora ingredientes, facile  
ipsa contaminant; quemadmodum in ophthalmia  
contingere solet. Alia ratio, cur hi morbi sint cōta-  
giosi, est proprietas illa paterna, & hereditaria,  
quæ in omnibus reperitur. Vnde cum cōsanguinei  
habeant hanc proprietatem penē ipsis similem, cū  
etiam in ipsis humores sint similiores, iure fit, vt  
isti promptius, & facilius ab infectis coinquen-  
tur; quæ etiam ratio facit, vt in pestilētis familia  
destruantur; propter hanc humorū similitudinē.

Doctil

Doctissimus etiam Hieron. Fracastorius lib. 2. de mor-  
bis contagiosis. cap. 2. de variolis, & morbillis, sic ait:  
Ergo de ijs contagiosis primo est agendum, quæ ta-  
met si contagiosæ sunt, pestilentes tamen non ap-  
pellantur, quod maiori ex parte salubres sunt, ta-  
les autem videntur illæ, quas qui Arabum libros

Hieron. Fra-  
casto. lib. 2.  
de morb. con-  
tag. ca. 2. de  
morbillis, et  
Variolis.

transfutare, variolas, & morbillos vocant, &c.  
Adest etiã auctoritas doctissimi Petri Foresti lib. 6.  
observationũ de febribus publicè grauantibus cū mor-  
bis epidemij de quæ febribus malignis, cōtagiosis, pesti-  
lētibus, ac peste observatione 4. in scholio, vbi asse-  
rit: Febres variolarũ inter malignas numerare posse.  
Ac propterea cum authores de pestilētibus febribus  
sub finem etiam de variolis, & morbillis mentionem  
faciunt, cum etiam has sæpe pestis subsequi solet, vt  
docet Amatus Lusitanus centur. 3. curat. 15. in scho-  
lio, asserens: *Præsagium esse futura pestis.* Quo-  
dam modo contagiosæ sunt, non tamen ob multam  
distantiam, sed frequentem, & mutuam infirmorum  
tractationem. Quæ febres mediæ quodã modo viden-  
tur, inter pestilenciales, & non pestilentes, quia ab  
illis multi pereunt, multi etiam euadunt.

Petrus Fores-  
ti. lib. 6. ob-  
seruationũ,  
obseruatio-  
ne. 4. in  
scholio.

Amatus Lu-  
sitanus cent.  
3. curatio-  
ne. 15. in scho-  
lio.

Ex quibus omnibus constat febres variolarum, siue  
sint ardentes, siue sint conclusæ, vt inquit Auicenna  
esse malignas, & contagiosas, ac præterea, quoniam  
quod exhalat in putrefactione, lentum admodum est,  
& feminatum contagionis in alterum, eo pacto quo  
in alijs fieri dictum est supra. Maiori autem ex parte  
salubres sunt, quoniam ebullitio massæ sanguinariæ,  
purificatio quædam sanguinis est. Neque enim contē-  
nendi sunt, qui dicūt, infectionem à sanguine men-  
tuo contrahant: in vtero matris seferri, per eiusmo-

Ex dictis cō-  
stat varie-  
las esse cōta-  
giosas.



ſuetis fieri inflammationibus maxime efferatis, ſer. 4: c. 46  
perficiuntur ſunt autē frequentiffime pueris atq; tit de cruſſo  
etiam etate iam perfectis, maxime his qui vicio ſis, & peſti-  
ſis Humoribus abundant, in his quæ vere contingit lentibus ton-  
re ſolent peſtilentibus conſtitutionibus. ſillarum & l-  
ceribus.

Probatur etiã ex autoritate doctiffimi Chriſtopho- doctiffimus  
ri Perez de Herrera, medici regis, & regni, libro ſuo de Chriſtopho-  
morbo ſuffocante, c. 5. ubi dicit: Nulli dubiũ eſt talẽ rus de Her-  
affectũ periculoſiſſimũ eſſe; tũ propter eius mali rera lib. de  
tiã, contagionẽ, peſtilentemq; naturam, ab humori morbo ſuffo-  
bus acribus, corroſiuis, & malignis, præuaq; quali canie. c. 5.  
tate contractã; tũ propter partis anguſtiam, &c.

Alius ex reſentioribus in hæc verba prorumpit: Aduerte.  
Porro ſemper morbus hic qui apud vulgum (garro tillo) appellatur ſecum contagium portat, quod ſi mul cum experientia ipſius affectionis natura de monſtrat. Nam ex affectione vnius, illi qui cum paſſiẽte ſocietatem faciunt maxime afficiũtur, quod euenit ex iacentis communicatione, ipſiusq; reſpiratione, & maxime quando habitus corporis eorum ſanitate fruuentium ad illam alterationem accipiendam ſunt diſpoſiti. Quæ de cauſa conſtan ter affirmo contagium habere.

Quod ſi dicatur noſtram concluſionem intelligi de obiectio. morbo ſuffocante cum vlcere maligno, corroſiuo, ſe tido, & purulento, non vero de ſuffocante abſque vl cere, quod nequaquam eſt contagioſum.

Reſpondetur, quod que madmodum in febre punc Respondeatur. ticulari, punctulæ in principio talis febris apparen tes,

res, sunt signa symptomatica denotantia malignitatē  
ipſius febris. Ita ſimiliter inflāmatio in morbo ſuffo-  
cante, eſt ſymptoma denotans malitiam, & contagio-  
nem talis febris, quæ quidem inflāmatio tam in prin-  
cipio, quam in augmento ſtatu, & declinatione, eſt  
eiuſdem ſpeciei, quæ non variatur penes magis, aut  
minus. Cum igitur quando eſt ulcerata, ſit contagio-  
ſa, etiam antequam ad ex ulcerationē perueniat, erit  
contagioſa, cum ſit vnus, & idem morbus, tantūmo-  
do differens penes magis, aut minus contagioſus ex  
natura ſua.

*Non ſolū cō-  
tagioſus eſt  
hic morbus,  
ſed etiā peſ-  
tilens.*

*Probatuꝛ pi-  
mo.*

*Gal. 3. epid.  
com. 3. text.  
20.*

Et non ſolum contagioſus eſt hic morbus, ſed etiā  
peſtilens, vt quidam neotericus aſſerit, quod proba-  
tur authoritate, & ratione.

Galenus 3. epid. com. 3. text. 20. aſſerit quod mor-  
bus, qui multos ſimul inuaſerit, vulgaris vocatur, qui  
ſi ſimul hoc habeat, vt multos perimat, peſtis fit. Hoc  
habet dictus morbus, ergo eſt peſtilens. Probatuꝛ mi-  
nor, quia ægrorum maiorem partem pēdit. Ergo peſ-  
tilens eſt, & hoc celeritate, & periculo facit, quia peſ-  
tilens morbus acutus eſt.

*Probatuꝛ ſe-  
cundo.*

*Morbuꝛ bi-  
faciuꝛ quid.  
Probatuꝛ  
tertio.*

Probatuꝛ ſecundo, quia videmus pueros veluti li-  
beros, & conualeſcentes repente mori, propter vim  
veneficam, in pulmonibus latentem, eſt enim ex Hip-  
pocraſate morbus peſtilens, morbus bifaciuꝛ, id eſt, aliud pro-  
mittens, & aliud faciens. Ergo peſtilens eſt.

Probatuꝛ tertio in tali morbo reperitur vlcuꝛ cum  
ingente putredine mortificante, & peſſimū odorem  
ſpirans, ſed iſta putrefactio, & ingens ſetor, ſunt ſigna  
peſtilentis qualitatis, omnino alienæ, & toto genere  
præter naturam. Ergo eſt peſtilens, quemadmodū,  
& ſetor, reſultans ex cadaueribus eo. um, qui peſte  
periere.

Probatuꝛ

Probat<sup>r</sup> quatuor ex eo iste morb<sup>9</sup> est malignus, quia  
habet adionem malignam qualitatem, sed eodem  
modo, & eisdem remedijs destruitur maligna quali-  
tas, ac pestilens, scilicet alexipharmacis, non enim  
sunt alia diuersa remedia in arte medica, ergo est pes-  
tilens, & solum differunt pestilens, & malignum, pe-  
nes maiorem, vel minorem putredinem.

*Probat<sup>r</sup>  
quatuor*

Dictis rationibus addere sufficiat Ludouici Merca-  
ti autoritate, qui dicit humores, in huiusmodi mor-  
bo, esse inuisibilis nature, & pernitiōsa conditionis,  
adeo, vt à parte neque vinci, neque concoqui possint,  
immo ipsam citissime deuincunt, ac producant, vt  
celerrime in contagiosam corruptionem degeneret.

*Ludouici  
Mercati au-  
thoritas.*

Quod breuitati studens, ne longus videar huic trac-  
tati finem imponere visum est, tantummodo exerci-  
tij gratia hæc dixisse sufficiant non redarguendi ani-  
mo, nec consulendi principes, & magnates in potesta-  
te constitutos timentes medicos qui de eorū salute  
curam gerunt, curantes huiusmodi affectus ipsis, suis-  
que, aliquid contagij impertituros, ex frequēti ægro-  
tantium visitatione. Quod non absque ratione, & ni-  
mīo iudicio timere possunt, vt ex dictis in hoc tractatu  
facilime videri potest, quod cedat ad laudem, & glo-

*Vide Praca  
storino lib.  
2. de feb. con-  
tag. c. 6. cō-  
ca finem.*

riam sanctissimæ Trinitatis, nec non intemeratæ,

semperque Virginis M A R I A E

absque peccati originalis

labe conceptæ.

Valere.

L A V S D E O.

**A P O B A C I O N .**

**P**OR mandado del señor dō Luis Portocarrero, Corregidor y Capitan a guerra en esta ciudad de Xerez de la Frontera he visto este tratado compuesto por el Licenciado Antonio Diaz de Leon, Medico y Cirujano, en el qual ventila con sutileza de ingenio, si el tabardillo, viruelas y garrotillo sean enfermedades contagiosas, o no: obra curiosa, en la qual muestra ser muy visto, y estudioso, por razon de lo qual es digno de que se le de licencia para imprimirlo, porque otros se aumen a cosas semejantes, y porque conforme a buena medicina, y a autores graves della, defiende y prueba muy bien su intento. Fecho en Xerez de la Frontera en veinte de Julio de 1624. años.

*El Licenciado Juan Fernandez Ayllon.*

**L I C E N C I A .**

**E**N la ciudad de Xerez de la Frontera en veinte dias del mes de Julio de 1624. años su merced del señor don Luis del Castillo y Portocarrero, Corregidor y justicia mayor, y capitan a guerra en ella por su Magestad: auiendo visto este tratado de tabardillo, viruelas, y garrotillo, escrito y compuesto por el Licenciado Antonio Diaz de Leon, medico y cirujano, vezino desta Ciudad, y aprobacion del, fecha por el Licenciado Juan Fernandez Ayllon, medico: dixo que daua, y dio licencia para que se pueda imprimir en letra de molde todos los traslados que quisiere, sin que por ello el impresor incurra en pena alguna, y así lo proueyó, y mandó, y firmó, testigos Luis de Arenas, y Martin de Sierra escrivanos publicos.

*Don Luis Portocarrero.*

Por su mandado.

*Francisco Alvarez Escriuano publico.*